



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ioannes Apost. 27. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. IOANNES APOST.  
27. Decembris.

**E**Cce, MATER magna, filius tuus! Ecce quisquis filius MARIÆ es, germanus VIRGINIS Sodalit IOANNES, cui ultimum cœnas Christus in pulvillum pectus suum, moriens in matrem, matrem dedit suam, nostram etiam deinceps, si Ioannes sumus. Asiam administravit. Exul patriam tamen celestem, aliaque quæ scriptis mandavit, arcana vidit. Venenum, quod cruce temperasset, innoxium bibit, nec ab hoc tantum abhorruit, quantum ab hæreticis, Cerintho præcipuè, quicum ne lavare quidem eisdem in balneis voluit. Amorem eius aquæ multæ non potuerunt extinguere. Magis etiam arsit, cum oleo Romæ ab igne bullienti immissus fuit. Aiebat summam legis Amorem esse. Illud unum in ore habuit: *Filioli diligite alterutrum.* Certè quantum animos dilexerit, argumentum ingens iuventæ nescio quis juvenis est. Hunc Ephesum abiturus Ioannes Episcopo unice commendaverat, sed pessimo custodi. Ecce adolescens incipitur ab animorum prædonibus (socios hodie malè dicimus) mox ipse corporum etiam latro, mox dux latronum evadit. Subinde Ioannes adest, & pretiosam



28. Dec. VITÆ SANCTORUM. 809  
tiosam ab amico depositum exposcit.  
Amisum ubi audit, graviter fidem ma-  
lam, objurgat, in silvas deinde excurrit  
(senio alas amore ministrante) visam-  
que prædam tandem insequitur, dum  
lacrymis suis sistit, canisque, ample-  
xibus impeditam in viam reducit.  
Cessit itaque feliciter hæc venatio. Ho-  
die multæ ejuscemodi feræ pereunt, quia  
retia fugiunt, maluntque ab orco rapi,  
quàm à cælo capi. *Ex Bar.*

*Per B. Ioannes vestigia ad Redempto-  
rem nostrum, pleno cordis amore tendamus:  
hujus doctrinam velut coruscant lampadum  
nostris semper gressibus præferamus; pu-  
deat jam terrenis incumbere, qui per spei  
desiderium ad cælestem cœpimas glo-  
riam festinare. P. Dam. serm. 2. de  
S. Ioan.*

SS. INNOCENTES MM.

28. Decembris.

**M**ala omnia nunciabat Herodi nun-  
cius à Magis allatus. Quid? mea  
domum corona erit, quæ duos Reges  
ferat? aut regni mei alienum heredem  
vivi spectabunt liberi? vivus ego? quin  
caput illi nunc aufero, ne ille diadema  
mihî? purpuram si ambit, domi habet;  
suo pingat de sanguine. At ne novi qui-  
dem hostem meum. Hoc plus etiam  
E e e 5 metuo.